



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Francisci Bellegambe è Societate Jesu Theologi,  
Enchiridion Theologo Practicum Tripartitum, De Ivbilæo  
Ecclesiastico**

**Bellegambe, François**

**Coloniæ Agrippinæ, 1700**

Q. 7. An possit eligi Sacerdos Regularis, approbatus quidem simpliciter ab Episcopo, sed inscio & invito, seu prohibente Superiore?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42093**



214 P. 3. De Jubileo extraordinario.  
per approbationem restrictam, seu ex-  
cludentem crimen complicitis, non  
potest eligi à socio criminis ille Con-  
fessarius: Quia hic non est approba-  
tus pro tali peccato respectu illius.

R. 2. Quando adest prohibitio Su-  
perioris, quâ Confessarius prohibe-  
tur ne absolvat à peccato, cujus ip-  
se fuit complex (quâ ratione, teste  
Bonacinâ, *De Sacram. disp. 5. q. 7. pu.*  
*5. §. 5. n. 10.* prohibetur in Diocesi  
Mediolanensi, etiam sub pœnâ ex-  
communicationis) Negat fusè ibi-  
dem Bonacina, maximè pro istâ suâ  
Provinciâ Mediolanensi, talem Con-  
fessarium posse eligi à tali Pœnitente;  
imò oppositum sentientes, dicit, in-  
eptè ductos fuisse ad asserendum,  
suamque sibi sententiam constanter  
& indubitanter tenendam putat.

Q. 7. *An possit eligi Sacerdos Regula-  
ris, approbatus quidem simpliciter ab E-  
piscopo, sed inscio & invito seu prohibente  
superiore?*

R. I. Non posse eligi talem Regu-  
larem, si sit è Religione, ubi rece-  
ptum



ptum est Breve Julii III. anno 1551.  
17. Januarii concessum ad instantiam  
& supplicationem Generalis Ordinis  
Prædicatorum, & in Capitulo  
Generali Salmanticæ celebrato acceptatum,  
ut testatur Emm. Rodriguez *to. 1. quest. 6. a. 3.* & post eum  
Miranda *Manuali Prælat. Parte. 1. q. 45. a. 12.* referens istud Breve; Non  
posse, inquam, eligi talem Regularem,  
docent iidem Rodriguez & Miranda  
*ibidem*, Joannes de la Crux *de Statu & Privileg. Relig. l. 2. c. 6. concl. 1.*  
Laurentius Portel *Dub. Regular. v. Confessor Regularis, n. 9.* Bordonus  
*Resol. 36. n. 42. &c.* Quia, inquiunt,  
vi istius Brevis, approbatio talis est  
irrita & nulla.

R. 2. Regularis taliter approbatus  
ut in titulo questionis, si sit è  
Religione, ubi non est receptum  
istud Breve (non constat autem esse  
ab aliis Religionibus, quàm à  
Dominicanâ, acceptatum, ut notat  
Castropalao) nec habetur simile  
Statutum irritans confessiones  
excep-  
ptas



215 P. 3. De jubileo extraordinario.  
pras sine licentiâ Superiorum; potest  
eligi validè vi Jubilæi. Nihil enim de-  
est ad validitatē. Miranda *suprà*, Emm.  
Rodriquez *suprà*, si attentè legatur,  
Grassius, Zerola, & alii apud Bordo-  
num dissentientem *Resol. 36. n. 43.*  
Layman *l. 5. tr. 6 c. 10. n. 19.* Ca-  
stropalao *n. 23.* Trullenck *de Bullâ*  
*Cruc. l. 1. §. 7. c. 1. dub. 6. n. 8.* cum  
multis aliis, quos etiam citat & sequi-  
tur Diana *p. 1. tr. 11. R. 13.*

R. 3. Regularis taliter approbatus  
in scio scilicet & invito suo Prælato,  
excipiens confessiones, peccabit gra-  
viter, secundum Emm. Rodriquez,  
Mirandam, Layman, Castropalaum  
*suprà*, &c. sed secundum Molfesium  
& Megalem citatos & approbatos  
à Diana *suprà*, Thom. Tamburinum  
*De Sacram. l. 5. c. 5. §. 2. n. 37.* Trul-  
lenck. *sup.* &c. peccabit mortaliter  
vel venialiter, juxta obligationem  
Constitutionum suæ Religionis,  
mortalem aut venialem, seu juxta  
majorem aut minorem præcepti dati  
vigorem.

Rectè



Rectè autem observat Tamburi-  
nus n. 38. non esse fidendum appro-  
bationi & jurisdictioni concessæ Re-  
gulari ab Episcopo, Superioribus  
ignorantibus; multò minù, contradi-  
centibus. Si enim ejusmodi ignoran-  
tia vel contradictio Episcopo non sit  
nota, magnum periculum est, ne ista  
concessio sit subreptitia, atque adeo  
nulla; cùm sit per fraudem extorta,  
aut ex errore facta. Etenim Episco-  
pi absolutè (nisi exprimant) conces-  
sionem illam non faciunt, indepen-  
denter à consensu Superiorum Reli-  
gionis; ut tradunt Angelus, Adrianus,  
& alii, apud Dianam *sup. R. 13.*

Q. 8. An possit eligi Confessarius Re-  
gularis, ab Ordinario quidem approba-  
tus, sed per sententiam, aut simplex  
mandatum à suis Superioribus prohibi-  
tus ne Secularium confessiones audiat?

R. Si ista sententia judicialis sit  
& notoria, Negant posse eligi Emm.  
Rodriquez To. 1. q. 60. a. 2. & in  
Addit. ad Bullam Cruciatæ §. 9. n. 7. &

K

8. Joan-